



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

L[e]ct[i]o. v.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

CLXXXI

inferni et subuertit potentiam
diaboli. Hodie por. **Lectio. v.**

Accedit ergo ad illas omnes
passiones que in illo nihil va-
lerent nisi esset homo. Sed si
ille non esset homo non libe-
raretur homo. Accessit homo
ad cor altum: id est secretum cor
abditi obijcens humanis
aspectibus hominem seruans
intus deum: celans formam dei
in qua equalis est patri et offe-
rens formam serui in quo minor
est patre. **R.** O vos omnes qui
transitis per viam attendite
et videte si est dolor similis si
eius dolor meus. **V.** Attendite
te universi populi et videte do-
lorum meum. Si est dolor si
milis sicut dolor meus **Le. vi**

Quid sequitur. Sagitte in-
fantium facte sunt plague eorum.
Ubi est illa seuitia: ubi est ille
fremitus leonis populi rugie-
ris et dicentis crucifige cruci-
fige Ubi sunt insidie arcuum ten-
dientium Nonne sagitte infan-
tium facte sunt plague eorum.
R. Ecce quomodo moritur
iustus et nemo percipit corde:
et viri iusti tolluntur: et nemo co-
siderat a facie iniuritatis lib-
latus est iustus. Et erit in pa-
cem memoria eius. **R.** In pace
factus est locus eius: et in syon
habitatio eius. **E**t. **R.** repente
locu*lo* Gloria. **I**n tertio noctur-
no **a**nno Deus adiuvat me: et do-

minus susceptor est anime mee?
Ps Deus in nomine. **a**n. In
pace factus est locus eius et in
syon habitatio eius. **P**s No-
tus in iudea. **a**n. Factus sum
sicut homo sine adiutorio in-
ter mortuos liber. **P**s Deus de
us salutis. **R** In pace factus
est locus eius. **E**t in syon ha-
bitatio eius. **Lectio septima**

Quapropter intermittentes
inchoationis christi sermonem
ad perfectionem feramur: no-
rsum iacentes fundamemtu
penitentie ab operibus mor-
tuorum et fidei ad deum baptis-
matum doctrine impositonis
quocum manuum ac resurrectio-
nis mortuorum et eterni iu-
dicij. **E**t hoc faciemus si qui-
dem permiseric deus. **R** Esti
matus sum cum descendentibus
in lacum. Factus sum si-
c ut homo sine adiutorio inter
mortuos liber. **R.** Et sic vul-
nerati dormientes projecti
in monumentis quorum non
es memor amplius: et ipi qui-
dem de manu tua repulsi sunt
Factus sum. **Lectio octava**
Impossibile est enim eos qui se-
mel sunt illuminati: gustauer-
unt etiam donum celeste: et p-
incipes facti sunt spiritus san-
cti: gustauerunt nihilominus
bonum dei verbum: virtutes
et seculi venturi et prolapso sunt
renouari: rursus ad penitentiā